

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dialogorum sacrorum Libri Quatuor**

**Châteillon, Sébastien**

**Basileae, 1565**

Nehemias

**urn:nbn:de:bsz:31-102436**

Nehemias à rege Artaxerxe ueniam & o-  
pes impetrat, eundi instauratum urbem Hiero-  
solytam.

Artaxerxes, Nehemias.

**Q**ui fit ut uultu sis adeò tristi, cum nō egro-  
tes? Mirum ni animi tristitia est. N. Rex  
in perpetuum uiue. Possum ne non tristi uultu esse,  
cum urbs, in qua sepulchra sunt maiorum meorum,  
euerfa sit, & eius portæ igne deflagauerint? A.  
Quid nā ergo petis? N. Si tibi uideatur, & si quid  
apud te ualeo, ut me dimittas in Iudæam, ad in stau-  
randam urbem patriam. A. Ego uerò dimitto. Tu di-  
cito, quid tibi ad istud fieri uelis. N. Curabis, si  
placet, ut mihi dentur literæ ad prætores Syriæ, qui  
me curent deducendum, dum perueniam in Iudæam.  
Deinde literæ ad Asaphū regiæ syluæ custodem, qui  
mihi ligna suggerat ad reficiendas portas arcis, quæ  
est ædi coniuncta: urbisq; mœnia, & domum, in quā  
sum diuersurus. A. Dabuntur quæ petis. N. A-  
go tibi gratias immortales, rex, tibiq; fortunatissi-  
mum longissimumq; regnum precor.

## SENTENTIA.

Regis animum Deus habet in manu, eumq;  
quocunq; uult inclinat. Cui propitius est De-  
us, huic conciliat beneuolentiam potentium.

NEHEMIAS. Nehem. 5.

ARGV

Expostulant pauperes Iudæi de diuitum erga se iniquitate auariciæ. Et Nehemias diuites cogit in ordinem.

Plebeij, Nehemias, Primates, Sacerdotes, Populus.

**M**agnus est tum nostrum, tum nostrorum liberum numerus: a comparandum est inde frumentum, quo uiuamus. AL. Oppignerandi sunt funal nostri, & uinea, & domus, ut nos frumento contra famem inuitiamus. AL. Iam pro nostris agris, & uineis, ad tributum regi pendendum, pecuniam sumpsimus mutuan. An æquum est, ut cum eiusdem nobiscum consanguinitatis sint alij, eadēq; sit liberorum eorū atq; nostrorum conditio, nos tamen liberos nostros in seruitute dedamus, sintq; iam filiarum nostrarum nonnullæ emancipatæ, neq; eas uindicare possimus, cum fundos & uineas nostras teneant alij? N. O indignum facimus. Itaque uerò principes foenus à uestris exigitis. Ergo nos consanguineos nostros Iudæos, in exterarum gentes uendidos, pro nostris uiribus redemerimus: & uos eosdem emetis, ut dominos non amiseritis, sed mutaueritis? Non recte facitis. Non ne in metu Dei nostri uiuetis, ut barbarorum hostium nostrorum uituperationem euitetis? Ego quoq; & mei cognati atq; famuli, argentum

212 DIALOG. SACRORVM

eis, frumentumq; mutuò dedimus. Agite, remittamus  
hoc nomen. Reddite eis hodie agros suos, & vineas,  
& oliueta, & domos: tum centesimam condonate ar-  
genti, & frumenti, & uini & olei, quæ eis mutua  
dedistis. P. Reddemus, neq; ab eis quicquam exi-  
gemus. Sic faciemus, ut tu hortaris. N. Vos uerò  
sacerdotes, iurate uos ita facturos. S. Faciemus.  
N. Ergo quemadmodum ego meum gremium ex-  
cutio, sic quicumq; non hæc præstulerit, eum excutiat  
Deus ex domo & labore suo: sicq; esto excussus, ua-  
cuusq;. P. O. Amen.

SENTENTIA.

Auaro homine nihil est iniquius. Auarus a-  
nimam uenalem habet. Multum pollet, etiam  
apud iniquos, iustus & grauis homo.

VERITAS. 3. Esd. 3.

ARGVMENTVM.

Darius Persarum rex proponit optimati-  
bus suis trium stipatorum suorum sententias,  
ad iudicandum quæ nam esset optima. Sunt  
autem eæ, de uiribus uini, regis, mulierum &  
ueritatis. Hic quum stipatores iussu regis, suæ  
quisq; sententiæ rationem reddidissent, pal-  
mam obtinuit Zorobabel, qui ueritati primas  
tribuit: & à rege, præter statutum disputa-  
tionis præmium, impetrat, ut Hierosolymita-  
num sanum instauret.

Darius,

Dari-

Hæc  
con-  
niente me,  
lappi sunt, u  
tentiam, ecc  
ditione, ut  
ri doctissimi  
ciato ea dar  
lan. AN.  
Dario rege  
ta consequit  
& in auro d  
namq; cidar  
beto: & se  
sapientiam  
mi sententia  
Alterius: M  
ximam uim  
ritas. D.  
sua dicta de  
sententiæ rat  
habet uim  
mines fallite  
ui ac liberi,